

Heinrich Rudolph Redecker Johannes Gerhardus Mönlich

Disputatio Iuridica, De Carceribus

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735195978>

Druck Freier  Zugang



Gefängnisse

H. R. Redek (J. S. Monnich) 1c

R. U. in 1660.

ADJUTORE JOVA
DISPUTATIO JURIDICA,
DE
CARCERIBUS

784
28

Quam
IN ATHENEO BALTHICO
PRÆSIDE

MAGNIFICO DN. RECTORE
HENRICO RUDOLPHO
REDEKERN, U. J. D. & P. P.
Famigeratissimo.

Fautore Præceptore ac Promotore ob-
servantiæ cultu prosequendo.

Publica disquisitioni exhibebit

JOHANNES GERHARDUS MÖNNICH,
OSNABR. WESTPH. AUTH. & RESP.

In Acroaterio Magno ad diem
1. Decemb.

ROSTOCHII

Excudebat JOHANNES KILIUS, Acad. Typogr.
ANNO M DC LX.

37.

28

H. C.

ADJUTORE JONA
DISPUTATIO JURIDICA
DE
CARRERIBUS

IN ATHENIS BALTHICO
PRASIDE

MAGNifico DN. RECTORIS
HENRICO RUDOLPHO
REDBERGERI M. D. D. P.



Publice receptore
JOHANNES GERHARDUS MÖNNICH,
ORDIN. WESTPH. AULIC. S. REX.
In Aedibus Thibaudii ad hanc
A. Gump.

LAGSIOCHII
JOHANNES KILUS, Aed. Typogr.
ANNO M DC LX



JOVA JUVA.

Th. 1.



Arcer non dicitur à claritate seclusus vel quasi carens claritate uti Baldus *c. 1. de carc. n. 2.* docet, quia hæc derivatio est tantum allusio: Sed secundum Varronem *L. 4. de lat. ling. q.* coarcer ab arcendo vel coercendo, quod sc. corpp per carcerationem aliquo modo coercetur seu affligatur *Angel. in cons. 213* & designat locum in quo illi continentur, qui propter causam exire inde prohibentur. *Serv. lib. 1 & s. Aneid. Coll. Arg. de custod. & exhib. reor. n. 2. in f.* Germ. Ein Gefängniß / Thurn / Stock / Kerker / Bürgerlich Behorsam / Zwinger / inde usitatum illud Germ. zu Stock und Block bringen / Webn. Obs. Pr. Voce Block / &c. Et quamvis in plurali numero denotet receptacula & repagula (Schrancken) equorum, e quibus signo dato ad certamina emittuntur, unde dicimus à carcere h. e. à principio; Tamen Juri & Grammatici numerum tam singularem, quam pluralem indifferentem ponunt: dicitur alias Custodia *l. 1. C. de custod. reor. l. 6. §. 7. de injust. rupt. & irr. l. succurritur 9. ff. ex quibus causis maj. l. 22. 4. de V. S. mala mansio l. 15. §. 41. de injur. l. 7. ff. depos. turamen claustrorum l. 3. C. h. 1. torturæ species, quæ morti comparatur propter squalorem, frigus, inediam, tenebras, l. 2. C. de custodia reorum. l. omnes ibi immensorum cruciatuum C. de pæn. d. l. item. 15. §. que sionem. 41. de injur. Sepultura vivorum, consummatio bonorum, consolatio inimicorum & experientia amicorum. *Carpz. pract. rer. crim. part. 3. q. III. n. 2.**

Th. 2.

Nominis explicationem sequitur nunc ipsius rei definitio. Bal
A dus.

aus in tr. de Carcer. quem haectenus speckh. c. 1. q. 19. sine ratione ascribit
 Bartolo, cum hic passim *in d. tract.* citetur, definit Carcerem, quod sit
 locus securus, horribilis, repertus non ad poenam, sed
 ad delinquentium vel debitorum custodiam. *Coll. Arg.*
n. 2. paululum aliter, quod sit diligens & fida custodia ad con-
tinendos non puniendos homines inventus: Veru haec defi-
nitiones nobis non placent, quippe cum definitum non satis explicant,
quia in multis suo definito, sunt restrictores, adeoque potius speciales,
quam generales sunt, quia omnem specie carceris non comprehendunt,
sed duntaxat ad custodiam delinquentium extenduntur. Rectius ita-
que definitur. Locus publicus in quo securitatis vel poe-
nae causa continentur & custodiuntur homines, l. 8. §. 2.
ff. de poen. l. 2. C. de Exact. tribur.

Th. 3.

Genus est *locus publicus*, locus autem tam rustici, quam urbani
 praedii partem denotat *l. 2. de rel. & sumpt. fun.* estque Publicus vel Pri-
 vatus, *l. 33 §. 1. de R. V. l. 1. §. f. de mort. inser. l. 29. de rel. & sumpt. fun.*
 dicitur aut determinative locus publicus, quoniam privatus carcer re-
 gulariter est prohibitus *l. 1. C. de carc. priv.* ubi Talden. *n. 1.* Securitatis
 inde dicitur carcer, diligentia, & fida custodia *l. 3. C. h. t. l. 6. §. 7. de*
injust. rupt. tum furiosorum ne rabie noceant *l. 13. §. 1. de Offic. praesid.*
 tum delinquentium h. e. hominum noxiorum & poenaliu ut justam
 perpetrati criminis poenam sustineant. *l. 2. C. de exact. trib. lib. 10. l. 1. 3.*
ff. h. t. Poenae seu poenitentiae, quatenus praecipue ex jure Can. & nostris
moribus pro qualitate delicti saepe carcer in poenam commutatur,
s. quamvis de poen. in 6. c. f. de heret. in 6. quo etiam referri potest carcer
 debitorum, qui ideo taedio ac molestia afficiuntur ut solvant, *Continen-*
tur h. e. comprehenduntur & aservantur, l. 8. §. solent. de poen. junct. l. 1. l.
78. de R. V. sunt l. 6. de interd. & releg. recipiuntur l. 6. §. 7. de injust. rupt.
 ita dicitur impactum esse in carcerem *l. 13. ff. h. t.*

Th. 4.

Divisio I. Carcer alius est Publicus alius privatus, Publicus
 est locus in quo jussu superioris jurisdictionem habentis delinquentes
 retinentur & custodiuntur, ad poenam, securitatem vel taedium.
 Carcerem autem habere, jurisdictionem non tribui, sed in carcere
 tenere,

tenere, & de carcerato cognoscere, animadvertendo vel dimittendo,
Natt. conf. 636. n. 122. Gylman. in Symphor. supplicat. p. 1. t. 2. vot. 1. putant.

Privatus est, cum à privato jurisdictionem non habente aliquis
affervatur & retinetur. Qui carcer jure civili prohibetur *l. 2. Et t. C. de privatis carc.* neminique carceris privati custodiam exercere conceditur, *t. d. C. de priv. del.* Nam qui privatum carcerem exercet merum imperium sibi usurpare dicitur. *Bald. ad l. 1. C. d. t.* Quod tamen limitatur I. Nisi Pater filium, Dominus servum, Magister discipulum, causa correctionis includat. *arg. l. 3. §. 1. 2. ff. de lib. hom. exhib.* II. Maritus uxorem correctionis & castigationis causa in vinculis ponat per *c. placuit 24. q. 2. c. quemadmodum in. fin. Et ibi glos. extra de jurejur.* III. Dominus aut ejus vicinus furem *l. 7. §. f. de fuit arg. l. 7. §. 1. l. 4. ad L. Aquil.* aut IV. creditor debitorem de fuga suspectum includat *arg. l. 10. §. 16. quas in fraud. Cred. l. 24. C. de Decurion. Gail. 1. O. 26. n. 2.* Modo personæ hæc spatia 20. horarum Magistratui tradantur, *arg. l. 25. ff. ad L. jul. de adult.*

Th. 5.

II. Carcer alius est Pœnæ seu pœnitentiæ, alius custodia, alius Tædialis.

Pœnæ, cum quis pro pœna carceri mancipatur, quod supplicii genus de jure civili non est plane incognitum *l. 23. C. de pœn. Gl. ad l. 1. C. h. t.* quo etiam à Dd. refertur Damnatio in metallum, & condemnatio servi ad perpetua vincula *l. servus 10. C. de pœn.* qui carcer jure Can. quoniam Ecclesia semper sperat conversionem, nec judicium sanguinis infert, vocatur.

Pœnitentiæ, cum delinquentes in perpetuum, aut ad certum tempus ad peragendam pœnitentiam carceribus includuntur. *C. quamvis de pœn. in 6. c. fin. de heret. eod. speck. h. C. 1. q. 19.*

Custodiæ est locus in quo, quis custoditur, ne aufugendo præsentiam suam subtrahat, & præcipue tendit ad pœnæ executionem adversus carceratum faciendam, *l. divus 3. de Custod. reor. l. nemo carcerem C. de exact. trib.* aut alicui damnum inferat, *Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. constante n. 1. Carpz pr. crim. p. 3. q. III. n. 1.*

Tædii, qui alias appellatur Carcer debitorum, qui neque pro pœna, neque pro custodia, neque pro pœnitentia proprie usurpatur, sed eo sine adhibetur, ut Debitor tamdiu in carceretur, donec creditoribus suis querelam moventibus satisfacere possit, *Coler. de process. execut. p. 1. c. 6. n. 2. 10. Ruland. de commiss. p. 2. lib. 4. c. 1.*

A 2

Th. 6.

Th. 6.

III. Carcer alius est perpetuus, alius temporarius. *Perpetuus* (qui alias pœnæ capitali æquiparatur Bald. in l. 2. n. 9. de public. jud. dicitur que servitus l. Titio centum §. 1. de cond. & demon. l. 2. ff. de lib. hom. exb.) est cum quis perpetuo incarceratur, ne unquam ob causam exire possit, Coll. Arg. de custod. & exb. reor. n. 2. qui tamē de civili jure regulariter nō approbatur. Bald. in l. credibile C. de pœn. & l. reos. C. de accusat. Speck d. l. Nisi statuto vel lege alicujus loci pœna perpetui carceris pro crimine quoque imponatur. Carpz. pr. crim. 2. p. 2. q. III. n. 58. Modo Statutum juri divino, quod pro facinore mortis supplicium præcise irrogare præcipit, ut in homicidio, non contradicat, Gen. 9. v. 6. cui omnia statuta humana cedunt.

Temporarius est cum quis pro qualitate delicti ad certum aliquod tempus detinetur, quæ alias incarceration ad tempus Germ. Thurnstraff / zeitliche Gefängniß / vocatur, ne penitus nulla delicta impunita maneat, l. 1. §. tom. de Aleat. Damhand. c. 16.

Th. 7.

Causa Impuls. est. I. Delictum, præcipue atrox & pœna capitis vindicandum; ne reus aufugiat, vel delicta impunita maneat. Judex tamen facinorosum captivare non potest, nisi prius de crimine constet l. 2. C. de exhibend. & transm. rei. l. 2. C. de cust. reor. C. Crim. art. 11. 218. aut indicia justa & sufficientia criminis ab ipso perpetrari præcesserint, quæ colorem veritatis habeant, sine indicii enim nemo incarcerari potest, Nov. 134. §. si vero. Consil. Arg. V. 2. Conf. 44. Fachin. 9. c. 55. quo etiam respicit Ord. Crim. Car. art. 6. in verb. init. So jemand einer Ubelthat durch gemeinen Leumuhlt berüchiget / oder andere gläubwürdige Anzeigung / Verdacht / Argwohnig / und derhalb durch die Obrigkeit von Ampts halber angenommen würde / etc. Quænam autem indicia ad incarcerationem sint sufficientia, illud partim pro diversitate delicti in C. Crim. est expressum d. art. 6. & seqq. partim autem arbitrio judicis relinquendum esse existimamus, quippe cum duntaxat tota materia indiciorum & capturæ sit arbitraria. Ulpian. l. 1. ff. de custod. & exhib. reor. Damhand. in prax. rer. crim. c. 9. & 10. Carpz. pr. crim. p. 3. q. III. n. 22. 23. Fachin. 9. Contr. 65.

Th. 8.

II. Debitum, Apud Græcos & Romanos istorum obætorum

ratorum hominum miserabilis erat status, adeo ut etiam à suis credito-
 ribus in perpetuam servitutem redigebantur, ut refert Plutarchus *in lib.*
pol. ad Trajan. Mey. ad Jus Lub. l. 1. t. 3. a. i. n. 1. Hodie autem in plerisque
 Germaniæ locis contra creditores ad carceris condemnationem proce-
 ditur. *Carpz in jurispr. forens part. 2. Const. 22. def. 1. 2. Christ. V. 3. Decis.*
15. n. 12. In Provinciis Saxonix Debitores extra terram Electoralem cre-
 ditoribus dantur, carceribus & vinculis tenentur, ut servitiis eorum
 utantur, tamdiu donec hoc vel alio remedio debitum sit exsolu-
 tum. *Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 11. Carpz. p. 2. C. 22. d. 1. Land-*
recht. lib. 39. art. 3. Christoph. Zobel. part. 2. diff. 3. n. 6. & 7. Zang. de ex-
cept. p. 3. c. 1. n. 142. Quo jure etiam quædam celeberrima Anseatica
 emporia utuntur, ut satis ex Statutis Lubecensium *part. 1. tit. 3. art. 1. u-*
bi Mey. n. 13. Hamburgensium part. 1. t. 43. Von Bancrottiren und
 flüchtigen Schuldenern/ und wie gegen ihre Person procediret werden
 soll, & *tit. 41. §. 11. & §. 13.* Würde aber der Gläubiger.

Th. 9.

III. Pactum, quo se, quis ad carcerem obligare potest, *l. 9*
de serv. exp. l. 1. C. eod. Carpz. J. F. p. 2. c. 21. d. 1. neque tunc per cessio-
 nem bonorum se ab illo liberare potest, *Mey. ad Jus Lubec. p. 1. t. 3. a. i. n.*
37. Et quamvis *Bach. V. 2. D. 28. th. 4. l. F.* hanc obligationem ipso jure
 nullam velit, tamen contrarium sustinebitur.

IV. Furor, ne is qui cum rabie insanit, damnum alicui inferat
l. 13. §. 1. de Off. Pres. junct. l. 53. de furtis, quoniam furiosi nullus est
 intellectus *§. 8. de in util. stip. & nulla voluntas, l. 40. de R. J.* quare à
 Magistratu solent illi curatores dari usque dum resipiscant, *Magnif. D.*
Preses Precept. ac promot. vener. in Diss. analyt. 3. ad §. 3. de curator. p. 108.
 aut à necessariis contineri, & si hoc commodè fieri non potest, in carce-
 ribus custodiendi, & si opus etiam fuerit vinculis ac compedibus, ne-
 sc. quid perniciosum in se ipsos aut in alios homines moliantur constrin-
 gendi sunt, *d. l. 13. §. 1. ff. de offic. presid. & l. pen. §. 2. ad L. Pompej. de Parricid.*
 Non tamen ob delictum in furore commissum pœna aut morte sunt
 plectendi, sed sufficit eos furore ipso puniri. *d. l. pen. §. 2. Carpz. pr. crim.*
p. 3. q. 11. n. 41. Mund. de Diff. t. 3. n. 24.

Th. 10.

Causa effic. Principalis est Magistratus qui vel ex ratione officii,
 A 3 si sc.

si sc. fama ac rumor reos accuset, & enormissima indicia ac præsumptiones existant, inter quas fuga delinquentis connumerari solet, nam fugitivum jure carceribus includi Dd. statuunt, non solum si in fuga delinquens deprehendatur, sed etiam si de fuga tantummodo suspectus sit, *Prosp. Farin. dict. q. 27. n. 131.* quod non adeo verum est, ut etiam fuga per se ad torturam indicium faciat *Rosb. in proc. crim. t. 5. c. 9. n. 5 & 6.* Quod hodiernis moribus usitatum quoque est, quando à Magistratibus officiales quidam solent ablegari ad persequendum fugitivum non solum, in propriis territoriis, sed etiam ubicunque locorum delinquentem deprehenderint, quibus literæ in carcerationis patentes Germ. *offene Stockbriefe* traduntur, ut permissione & autoritate istius territorii judicis omnia rite perficiantur. Et regulariter quidem Magistratus extra territorium Jurisdictionem suam exercere non potest, *l. requirendum ff. de serv. fugit. Bart. in l. quis sit fugitivus ff. de Edil. edit. si tamen persecutio capiendi fuerit cepta in proprio territorio, facta continua persecutio, fugiens in alieno territorio capi potest, ita tamen, ut juri ibidem sistatur, ne ejus jurisdictio turbetur, arg. l. quo ait lex ff. ad L. jul. de adult. l. 1. C. ubi de curial. R. J. de Anno 1559. Myns. cent. 2. O. 28.*

§. 11.

Potest tamen interdum etiam sine jussu Magistratus fieri incarcerationio 1. Si delictum sit atrox & pravi exempli ne reus evadat, *Anth. Fab. in Cod. Sab. de exhibend. reis def. 2.* 2. Si in flagranti crimine deprehendatur reus. *Ricc. decis. 830. in fin.* 3. Si debitor latitet vel fugiat, potest propria autoritate apprehendi à Creditore *vid. th. seq.* Si autem in alio territorio deprehendatur, Judex istius territorii illum remittere non tenetur, nisi sponte sua velit, quod fieri solet per literas mutui compassus. *Carpz. Jur. For. p. 2. c. 22. def. 3.*

Th. 12,

Vel ad instantiã tertii incarcerat, *l. 1. C. h. t. nemo enim absq; jussione magistratus in carcerem injicere debet. l. 6. C. de custod. & exhib. reor. nisi sit creditor qui debitorem suum fugientem & latitantem apprehendere, & privatis carceribus includere potest l. 10. §. si debitorem ff. que in fraudem cred. l. generalis C. de decur. lib. 11. modo quam primum facere possit eum tradat publicis officialibus, & ad minimum intra spatium 20. horarum. Tuld. in C. h. t. n. 4. Clar. pr. crim. q. 86. n. 2. C. A. t. de custod. & exhib. reor. n. 7.* Qui autem accusatum incarcerari petunt, simili-

li mo-

li modo detineri debent, nisi dignitas personarum aliud suadeat, *l. ult. C. de accusat. Pac. in Isag. d. 1. de custod. n. 4.* vel prius de reficiendo dantino, expensis & interesse cavere debent iudici, ne iudicio damnum inferatur, *Farin. quest. 27. n. 121. vid. Wesemb. in C. de satisfand. n. 3. vid. sup. § 3. in fin.* An autem iudex capturam & incarcerationem decernens injustam affione injuriarum possit conveniri *Neg. Fachin. l. 9. c. 57.* sed aliter eum puniendum existimat *l. 13. §. 1. de injur.* Verum contrarium verius est, ob ignominiam incarcerationi illatam, cum gravi & irreparabili præjudicio, quatenus injuriose agit *l. 32. de injur. l. fallaciter C. de abol. Wes. h. n. 6. Bald. in l. per diversas C. mandati Prosp. Farin. q. 27. n. 135. Jason & Castrans. l. 4. §. si quis condemnatus n. 22. de re jud. Damhoud. in prax. crim. c. 15. n. 8. Lex. 13. enim non agit de Magistratu injuste incarcerante, sed quatenus executio juris non habet injuriam. Quidam in hac sententia sunt, iudicem etiam teneri de Syndicatu, & pro qualitate personarum puniendum *Paris de puseo in tract. syndic V. captura c. 2. n. 5.* imo ultra pœnam ordinariam etiam ad damna & interesse incarcerationi teneri existimant *Wesemb. in parat. ad l. de custod. & exh. n. ult. Bald. in l. quemadmod. 29. §. magistratus ad L. Aql.* Jure autem Sax. pro singulis diebus naturalibus. quibus custodia injusta duravit ad 30. solidos incarcerationi obligatur, imo non solum iudex, sed etiam is ad cujus petitionem incarcerationi injusta decreta est obstringi *Fachf. diss. 67. Landtr. lib. 2. art. 34.* velut etiam ad alimenta captivo præstanda *l. 10. C. de Episc. aud. fac. l. quoniam V. sumptus competentes C. de testib. Ruland. de coum. l. 4. c. 15.**

Th. 13.

Principes & Status Imperii subditos suos propter delicta possunt carceri mancipare. Sin autem injuste captivum relaxare nolint in Cam. Imperii mandata sine, & cum clausula de relaxando impetrari possunt, prius tamen ad relationem umb Bericht scribitur. *Gail. 1. Obs. 26. n. 2. 11. & Obs. 22. n. 4.* quoniam præsumptio semper militat pro Magistratu, *O. C. p. 2. c. 24.* si autem Status ille Imperii intra præfixum terminum non retulerit, processus in contumaciam decernuntur. *Schwann. 2. Proceß. 21. Ruland. de commiss. p. 1. l. 2. c. 5. n. 8. Wehn. Obs. pr. V. Berichtschreibens.*

Th. 14.

Causa efficiens Instrumentalis sunt Apparitores seu officiales Magistratus *l. Divus ff. de serv. fug. l. ult. quod met. caus.* qui Magistratui ejusque Imperio præsto esse debent, h. e. apparere *Hotom. de V. S. h. V.*

Becht

Becht. de salv. cond. q. 197. Et quanvis officiales sine jussu magistratus, si ne injuria neminem possint capere *Fab. in C. l. 9. t. 3. def. 2.* attamen si delicta fuerint notoria & atrocia, propria autoritate delinquentibus manus injicere possunt ne aufugiant, & debitam crimini poenam eludant *l. 1. ubi salic. C. de fals. mon. l. 6. §. quid tamen ff. de injust. rupt. & l. 1. ff. h. t.* Qui autem apparatoribus officium suum obeuntibus risistit illisque vim infert, ipsi Magistratui injuriam fecisse censetur, & arbitrariè punitur *arg. l. 1. §. 3. de injur. Peck. de jur. sist. c. 25. n. 2. 3. Guid. Papæ. Decis. 557.* cui consequens est quod nemo possit ducendos ad carceres, nisi sine causa fiat, vi eximere, quin gravissime puniatur, *l. 4. ff. ad l. jul. maj. t. t. ff. ne quis cum: ubi Wesemb. n. 5. l. 4. C. de custod. reor. Becht. d. l. q. 198.*

Th. 15.

Subject: Sunt I. delinquentes, Pater vel Filius familias, qui in tali crimine deprehenduntur, aut de crimine quodam nefando, validis præsumptionibus existentibus, sunt certi & suspecti, hi enim etiam datis fidejussoribus non liberantur, si capitaliter illud delictum sit puniendum *Gothofr. ad l. 3. ff. de cust. & exhib. reor. sin v. pecuniariter præstita cautione relaxantur. l. 3. ff. d. t.* II. Servus si à Domino suo ob crimè aliquod commissum indefensus relinquatur. *l. 2 pr. Cod. de Serv. fug.* III. Fugitivus qui vitæ suæ fuga consulere satagit, hic tanquam suspectus incarceratur nec datis fidejussoribus dimittitur, *Farin. q. 33. n. 34.* modo insufficientibus præsumptionibus, & indiciis non sit suspectus, tum non incarceratur, sed licitum est judici, ex levibus istis indiciis reum modo vilis persona sit per Officialem citare, ac intricatis, ac argutis quæstiunculis examinare ac interrogare, interrogata ac responsa bene ad notare, quo sæpe accidit, ut Reus variando ac titubando seipsum suspectum reddat, fortioraque indicia præbeat, ex quibus non solum carceri mancipandus, sed etiam ad torturam trahendus est, quod in multis etiam Germaniæ locis usitatissimum esse scio. *Carpz crim. p. 3. q. III. n. 38.* IV. Accusator, qui similiter ac reus incarcerandus, nisi dignitatis differentia diversitatem custodiæ inducat *l. f. C. de accus. aut datis fidejussoribus cavere non possit, C. C. C. art. 14. l. 2. §. f. de exhib. reor. c. quisquis 29. q. 8.* Cum autem Princeps quidam viliores conditionis homines accusare velit, debet vadem dare cum accusato in carcerem mittendum, usque dum probet vel caveat *C. C. art. 14. & ibi Georg. Rem. atque ita rigor l. 15. C. de accusat limitatur C. J. A. h. n. 4.*

Th. 16. De-

II. Debitores. Quamvis regularitur nemo in causa pecuniaria sive pro debito civili capi & incarcerari debeat, *l. nemo carcerem C. de exact. tribut. lib. 10.* & DD. in *l. non est singulus ff. de R. J.* Fallit tamen in debitore sive patre sive filiofam. de fuga suspecto *l. ait prætor. §. si debitorem ff. de his qui in fraud. cred.* Dixi filiofam, quia hic in bonis castrensibus, & quasi pro patrefam. habetur, & bonis cedere potest. *l. 1. C. qui bon. ced. poss. l. pen. C. eod. Pac. in Isag. de Cess. bon. n. 2.* ergo dum hac ratione poenam carceris effugit, illa cessante incarcerari potest. *Barr. ad l. si filia. ff. solut. matrim.* Hinc tam Patrem, quam filium fam. incarcerari posse receptum videmus, potest tamen præstita idonea cautione liberari, si iudex eam ratū habuerit, & consentiat: *Magon. decis. 42.* Nisi debitor obtorto collo solvere nolens captus, & per sententiā iudicis fuerit condemnatus, eaque in rem iudicatam transferit, tum enim non relaxatur etiamsi sufficientissimis fidejussoribus cavere paratus sit, sed si relaxari cupit, statim solvere cogitur, *Caccialupus de suspect. debitor. quest. p. m. 182. n. 1. Perez in C. de custod. reor. n. 7. Q.* An etiam ob debitum fiscale quis possit in carcerem detrudi, si bona possideat, ex quibus debitum fiscale solvi possit. *Resp.* Quod sic, si sc. debitores tam perfrictæ frontis sint, ut sæpius interpellati in obdurata nequitia non solvendi per severaverint, tum enim militum custodiæ tradi possunt, donec exactoribus fisci satisfaciant *d. l. 2. C. de exact. Tribut. lib. 10.* ex qua summa gloriosissimi Rom. Principis humanitas elucescit, dum alias ob privata debita in carcerem quis detrudi posset. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Hodie autem ob debitum fiscale carceribus quis mancipari potest tamdiu donec solvat, quamvis bona satis sufficientia habeat, quæ in solutionem capi & publica hastatione vendi possent. *Covar. lib. 2. var. cap. 1. n. 4. in fin. Peregrin. de jur. fisci lib. 6. c. 7. n. 7.*

III. Denique etiam incarcerari possunt furiosi, qui stimulis furoris agitantur *l. pen. C. de Curat. furiosi.* non modo minores 25. annis, sed etiam majores, si à proximis suis non contineri, nec aliter in meliorem frugem reduci possunt, ob majus malum præcavendum, ne sc. alicui damnum inferant, *l. 13. §. furiosi 1. de offic. præsid.*

Vidimus personas, quæ carceribus includi possunt, jam videndum etiam quæ custodiæ ac vinculis tradi non possunt. Inter quas

qui iudicio fisci satisfacit l. 2. pr. l. 3. 4. de custod. reor. l. 6. §. 3. l. 12. C. de ap-
pell. c. clericos. 13. §. fin. de sent. excom. in 6. Fidejussores autem ejus debent
esse idonei. l. 5. ff. qui satisfacit. l. 16. C. de dignitat. Immobiliū possessores
l. 15. ff. qui satisfacit. Non alienæ jurisdictioni subiecti, Guaz. dif. 6. c. 3. Clar. §. f.
q. 26. V. pone quod. modo crimen enormissimum & capitale non sit. l. 3. h. t.
l. 16. C. de dignitat. licet quandoque etiam reus in ea causa cædis fidejussori-
bus datus relaxetur, l. f. §. 3. C. de custod. & exh. reor. Coll. Arg. d. t. n. 5.
si nempe pœna non sit corporis afflictiva, ne pœna vagetur extra autho-
rem delicti, neque alter alterius pœnæ fiat succedaneus Bach. ad. Tr. V. 2.
D. 28. th. 3. Lit. A. vid. Jus Lubec. l. 4. t. 11. 4. 2.

II. Mulieres, Jure Justiniano neque pro debitis, sive publ. sive
fiscalibus carceribus mancipari possunt, l. 1. & Auth. sed hodie C. de offic.
div. jud. Peretz in C. de custod. reor. n. 7. Nov. 134. c. 9. propter periculum
pudicitia Coler. de process. Exec. p. 1. c. 6. n. 99. Verum si mulieri crimen
objiciatur, fidejussorem præstabit, si autem juraverit se non posse dare
vadem, juratoriam cautionem præstet, Nov. 134. c. 9. Si vero criminis
gravisimi accusetur, detrudatur in monasterium aut asceterium vel mu-
lieribus tradatur, per quas custodiatur, d. Nov. Auth. hodie novo jure C.
de custod. reor. Hodie vero usu & consuetudine contrarium obtinet, si
enim mulier in atrocissimo delicto deprehendatur, carceri includitur, qui
tamen separatus esse debet à claustris virorum Ruland. de Commiss. l. 4.
s. 1. n. 8. & c. 8. in fin. Zaf. h. n. 10. Senes etiam licet carcerari pos-
sunt, tamen non debent tam rigerose servari, ut juvenes Boer. Decif.
217. n. 10. Coll. Arg. de custod. n. 5. Carpz. pr. crim. p. 3. q. 11. n. 41. Wesemb. n. 5.

III. Illustres, Nobiles, Doctores, Professores, Clerici, ob debitum
carceri tradi non possunt l. 7. C. de dign. arg. l. 6. C. ubi Gloss. de Prof. &
Med. Peretz in C. de exact. tribut. n. 21. In causis ac delictis atrocioribus
pœnam corporis infligentibus custodia non subterranea traduntur, sed
in Palatio, Camera quadam aliove loco digniori sub custodia militum
vel commentariensium asservantur, Luc. de Penna. in l. mulieres 13. n. 5. &
3. & in l. quoties 17. n. 2. C. de dignit. lib. 12. & ita Judex rationem crimi-
nis ac dignitatis habeat, l. 1. ff. h. t. siquidem generale est, quod mate-
ria carcerum multum deferat nobilitati. Angel. in l. qui in carcerem
22. n. 2. ff. quod met. causa. Carpz. crim. quæst. III. p. 3. n. 42. Coll. Arg. 1. n. 5.

IV. Milites ob causam æris alieni in carcerari nequeunt, e-
tiam si condemnati fuerint, habent enim beneficium competentia, quo
ultra

ultra quem facere possunt non gravantur, habita sc. ratione ne egeant
l. 16. 18. & seq. ff. de re judic. Peretz in C. de re milit. n. 22.

Th. 18.

Materia est locus Carceris, qui debet esse securus, quatenus
quis ex eo vel non potest, vel non audet discedere, *l. solutum 48. de V. S.*
cujus illa pars, quæ sub terra est dicebatur ad Romanos Tullianum *Liv.*
l. 1. non autem esse debet subterraneus, horribilis, squalidus, teter, ob-
scurus, ne incarcerati tædio carceris vel instinctu Diaboli sibi ipsis vitam
adimant, aut humiditate & frigore confecti infirmitates attingant, ac
vitæ periculum subeant, sed nisi crescens audacia terrorem exigit, de-
bet esse locus purus, tolerabilis, salubris, ut in eo vivere aëreque ac lu-
mine captivus frui possit. *Dambaud. prax. crim. cap. 7. n. 9. Jacob Menoch.*
de arbitr. jud. quest. lib. 2. c. 305. n. 2. Qua de re etiam expressa Consti-
tutio Imp. Constantini in *l. 1. C. de cust. & exhib. reor. extat,* ne sc. sedis
intimæ tenebras inclusus pateretur, sed usurpata luce vegetaretur &
sublevaretur: quo etiam respicit *C C C. art. 11. in Verb.* und ist dabey
zu merken daß die Gefängniß zu Behaltung / und nicht zu schwerer ge-
fährlicher Peinigung der Gefangenen sollen gemacht und zugerichtet seyn/
& præcipue illa consuetudo abrogata est, qua carcer potius est poena, quã
custodia *art. 218.* Ex his nunc manifestissime liquet, carcerem adeo tol-
lerabilem esse debere, ne incarceratus vel vitæ vel corporis detrimen-
tum sentire possit, ideo in nocte geminari debet custodia, & in vestibuli
carceris recipi reus *l. 1. C. h.* Est autem vestibulum ante carcerem, ut
porticus ante domum *Azo in Sum. codic. h. t. n. 2.* Nisi qualitas delicti aut
personæ aliter suadeat, quando enim in carceratus est gangrana omnium
malorum, bipedum nequissimus, & de effractione & fuga suspectus in-
duriorem turrim appositis ferramentis & compedibus detrudi ac custo-
diri debet. *Coll. Arg. de custod. & exhib. reor. n. 9. Far in. quest. 27. n. 100.*
Folker in pr. crim. verb. vel Carceremur n. 4. Vincula & ferramenta enim
semper secundum qualitatem delicti, & personæ adhiberi debent, & ca-
renæ illæ debent esse laxiores, ut cruciatio absit, & fida custodia maneat
d. l. 1. C. h. t. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. question. cas. 301. n. 6. quod ar-
bitrio judicis relinquendum. *Bald. in l. 2. C. in f. de exhib. reis. Carpz. pr.*
crim. p. 3. q. III. n. 50. Hodie varii ad huc carceres excogitantur uti *Blöcke /*
Spanische Rappen / Dänische Mantel / Englische Jungfrau / Braun
Stüvel / etc. Arum de jur. Publ. tom. 2. D. 6. §. 22. Bes. Th. Pr. V. Gefängniß.

B 2

Th. 19.

Forma pro diversitate locorum varia est, *Plato de LL. 10* tres carceres in civitate constituendos putat, à quo jus civile non abhorret, **UNUM** ad detentionem, pluribus communem in foro rerum venalium, ad cuius similitudinem Appius Romæ carcerem constituit, quem vocavit domicilium plebis *l. 10. §. 16. quæ in fraud. cred.* **ALTERUM** ad castigationem in quem improbi trudentur & continentur, donec ad bonam vitæ frugem convertantur. *l. 1. §. fin. de aleat.* **TERTIUM** ad supplicium qui supplicii nomine veniat *l. 10. C. de pæn. Thol. Syntag. Jur. l. 31. c. 33. n. 14. Ruland. de commiss. l. 4. c. 1. n. 1. Lit. L.* In jure etiam Civili inter carcerem proprie dictum, & inter custodiam, tum inter custodiam publicam ac privatam evidens differentia est, *l. 13. §. 5. de re mil. l. 224. de V. S. Bris. v. vinculum.* Quemadmodum etiam in vinculis & custodia esse opponuntur. *l. 4. §. 1. ff. si quis caut. de jud. l. 3. §. lege julia ff. de Testam. l. 54. §. 1. de jur. fisc.* adeoque hodiernum varias habemus carcerum formas & quidem I. loca secunda in quibus cum vel sine vinculis nocentes ad pœnam vel custodiam detinentur, ita etiam debitoribus solet esse destinatus, *Ein Schuldthurm/ Besold. th. 1. h. v. Const. Sax. p. 2. Const. 22. Ubi Carpz. 2.* Quando apparitoribus quis conceditur in proprio vel alieno loco custodiendus, *l. 1. ff. h. t. 3.* Cum tota civitas, vel pars quædam alicui assignatur, ex quibus aliquis discedere nequit *l. exilium ff. de interd. & releg. quod Dd. affinare vocant Dec. conf. 219. n. 9.* quo etiam Ostracismus pertinet de quo *Arist. 3. p. 9. Thol. Syntag. Jur. l. 31. c. 6. n. 6.* 4. Quando quis interposita nuda vel jurata cautione se in aliquo loco manurum, vel præfinito tempore ad eum reversurum promittit, *l. in eadem causa ff. ex quib. caus. maj. d. l. 1. h. t.* quod non tantum inter cives *Gail. de pign. 9.* Sed inter milites captivos frequens est. *Wann einer auff gegebene Parole erlassen wird/ vid. Grot. de jur. P. & B. l. 3. c. 23. n. 7.* nam tale pactum obligat *Genr. de J. B. l. 2. c. 11.*

Th. 20.

Tota itaque capturæ & incarcerationis materia Judici est arbitraria. *Farin. q. 27. n. 126.* merito itaque perpendere debet, ut pro facti & personæ qualitate omnia adhibeantur. Æstimare enim debet, quomodo reus sit custodiendus, recipere in carcerem debeat, aut etiam vinculis contineri, an militibus tradi custodiendus, an fidejussoribus committendus, qui eum exhibituros se promittunt, vel etiam sibi i. e. suæ promissioni

oni

oni de se sistendo relinquendus *l. 1. de custod. & exhib. reor. l. 9. & seq ex quibus
causis maj.* Q. An etiam delinquens die feriato possit carceri manci-
pari. Resp. Affirm. Quamvis regulariter die feriato omnes actus
judiciales quiescere, & horrida præconis vox silere debeat, tamen incar-
ceratio in causis, quæ celeritatem requirunt jure merito concessa, præ-
sertim si delinquens in atrocissimo crimine deprehendatur, aut in debitore
si fugæ suspicio subsit *l. f. C. de feriis dummodo cautio & causa debendi
fuerit liquida l. ex hoc C. de erogat. ann. lib. 12.* hinc enim feriæ quæ prin-
cipaliter cultum divinum respiciunt, non prophanantur, quippe cum
multa etiam in honorem DEI diebus feriatis expediri possint, *l. 1. §. fin.
l. 2. ff. de feriis Gail. 1. Obs. 53. n. 13.* Ubi enim periculum est in mora, re-
ceditur à regulis juris communis. *l. de pupillo §. quæ rivof. ff. de Nov. oper.
nunc. Gloss. in l. fin. in verb. fidejussionis C. de feriis. Guazz. def. 5. c. 1. n. 22.*

Th. 21.

Forma Accidentalıs. Sunt 1. Commentarienses, qui sunt car-
cerum custodes, ita dicti quod in commentarios referant custodias, i. e.
personas captas, & eorum nomina, *Zoef. h. 1. n. 9.* Hi debent esse Viri
boni *Coraf. in sc. Tolof. c. 43.* memores, ad se curam & periculum custodiæ
pertinere, præprimis debent videre ne incarcerati egeant, sed victum
& stratum pro qualitate personæ & delicti subministrent, donec legiti-
mo servato processu causa ad conclusionem perducatur, *l. 34. de re ju-
dicat. l. 1. 4. C. h. 1. & ut singulismensibus clausorum numerum, delicta,
ordines & ætatem in commentarium, & ad judicem referant, quod si
prætermiserint viginti libras auri ærario principis inferre jubentur, l. 5.
C. h. 1.* Demum etiam officium eorum est, ne carceribus mancipati
auffugiant, præsumitur enim dolo aut negligentia custodis incarcera-
tum evasisse, nisi contraria probatio pro custode possit adduci, *Farin.
q. 31. n. 20. & seqq.* ut si ex carcere non bene munito, violentia cui custos
non potuit resistere reus an fugerit, *arg. l. 13. §. 7. ff. locat. arg. l. 4. & ibi
Gloss. C. de oper. publ. aut se de fenestra præcipitem dederit Farin. n. 131.
& seqq. verb. distinguit.* aut dolo præconcepto, qui à commentariensi
vel alio quopiam provideri non potuit, an fugerit, *Far. n. 159.* quæ ta-
men omnia pro varietate circumstantiarum ex arbitrio judicis æstimari
possunt, Reus autem qui fuga vitæ suæ consulere satagit, quamvis a-
liquin innocens ex eo crimine inveniatur, propterea quod auffugit est
puniendus *l. 13. ff. de custod. & exhib. tanquam convictus Wesemb. d. l.*

B 3

u. 4.

n. 4. & pro effractione carceris arbitraria sc. fustigationis pœna puniendus *Carpz pr. crim. p. 3. q. 111. n. 96.* nisi ope, consilio commentariensis aufugerit, tum mitius cum fugitivo proeedendum. *l. 1. ff. de effractorib.* Dixi ope & consilio: Explorati enim juris est, custodem tam culpa quam dolo hoc nomine teneri, ac non solum de lata, sed etiam de levissima culpa. *Farin. quest. 31. n. 14.* Si enim Custos dolo, ope, consilio aut tantum pretio corruptus delinquentem aufugere permittat, pro modo culpæ in eum statuetur, *l. milites 12. l. fin. h. t. Wesemb. d. t. & ex Constitutionibus eadem pœna qua is, qui aufugit, puniri debebat, afficitur l. pen. C. eod,* quod etiam claris verbis *C. C. art. 180. in pr.* innuit: **So ein Hüter der peinlichen Gefängniß einem der peinliche Straffe verwickelt/ außhilffe/ der hat dieselbe peinliche Straffe an statt des Vbelthäters/ den er also außgelassen/ verwickelt.** Quod maxime tum verum est, quando reus ob crimen aliquod atrocissimum non modo incarceratus, sed etiam de eo confessus & convictus fuerit, *l. 4. h. t. Wesemb. d. t. ff. n. 5.* Nisi iudex pro arbitrio suo mitiorem pœnam sc. deportationem aut relegationem indulgere velit, quia in pœnalibus semper mitior interpretatio est apprehendenda *l. si praeses ff. de pœn. l. semper ff. de R. 3.* Si autem ex culpa & negligentia commentariensis aufugiat reus, dicta pœna non obtinet, sed ex prudentis arbitrio iudicis pro rerum circumstantia relegatio, pœna carceris aut multa pecuniaria custodibus negligentibus imponi potest, *l. f. C. h. t. de exhibit. reor. l. carceri l. milites ff. eod. Carpz. pr. crim. p. 3. q. 111. n. 110. C. A. d. t. n. 10* si autem reus in carcere mortuus fuerit, praesumitur culpa custodis mortuus. *Mascard de probat. c. 267. Ruland. d. l. c. 1. n. 4.*

II. Adjutores, qui absente commentariensi non minori cura aut diligentia eadem facere debent quæ commentariensi praescripta sunt *l. 5. §. 1. C. de Custod. reor.*

III. Statores seu stratores, qui delinquentes custodiunt & afferunt, non solum extra carcerem, *l. in eadem 10. ex quibus causis maj.* Sed etiam custodiæ mancipatos, itaque debent officio suo fungi, ne accusatoribus sævitiam ac crudelitatem vendant, ne inedia, siti aut dolore innocentes tabelcant, quo intra carcerum septa vitam cum morte commutare cogantur, *l. 1. C. h. t.*

IV. Episcopi. Hi enim singulis septimanis feria quarta, aut feria sexta, quæ dies mercurii est, & Veneris carceribus traditos visitare debent

debent, & diligenter inquirere causas, ob quas incarcerati, seriò eos adhortari, ut pœnitentiam agant, & demum etiam magistratum mone-
re, ut celerius exequantur, quæ legibus de custodia reorum cauta sunt, &
ut ita officio præsit, ut coram Deo conscientiam puram ac illæsam
conservare possit, *l. 22. §. 1. C. de Episc. aud. Peretz in C. de custod. reor.*
n. 4. si minus, quod tum primo interminatæ pœnæ ab Imperatore, dein-
de etiam à maximo DEO coram tribunali ejus, pœnæ cœlestis ac æternæ
condemnationis particeps fieri deberet, *l. fin. §. pen. C. de Episc. aud.*

V. Compedes & vincula quibus graviorum criminum rei re-
stringuntur & continentur, *l. 1. C. h. t. l. 45. §. 1. de Jure Episc.*

Th. 22.

Effectus est, quod delinquens, convictus seu confessus in carcere
debeat detineri usque ad finem causæ, donec sententia publicetur, vel
ad condemnationem, vel ad absolutionem pœnâ, tum enim cum con-
demnatio vel absolutio facta fuerit. custodia cessat, & sententia ad ef-
fectum perducitur. Cum igitur carceris custodia vix potest esse sine
miseria, horrore ac squalore, quo ibi incarceratus affligitur, merito
Judex ne suo officio quicquam deesse videatur, sedulo ac indies debet
esse sollicitus, ut sententia maturetur, ejusque executio nequaquam
differatur, quæ de servo intra viginti dies, de libero homine, pro sedi-
tione detento, statim, *l. 1. pr. l. 5. pr. l. f. §. si verò liberi C. eod. l. ult. §. &*
si quidem C. de custod. exh. reor. debet fieri, ne innocens ultra meritum
detineatur, aut miserabilis, *Ruland. de Commiss. l. 4. c. 1. n. 7. Gail 1. O. 78.*
n. 3. delinquens mortis supplicium, aliamque pœnam gravissimam
meruens, diutius mente tristissima maceretur, longiorisque carceris cru-
ciatum sentiat. *Carpz pr. crim. p. 3. q. 111. n. 55. Peretz in C. de cust. reor. n.*
n. 3. 5. Nisi tale sit crimen quod prolixiorum procrastinationem deside-
ret, tunc enim ultra præscriptum tempus judicium protrahitur, *l. ult. §. si*
vero non habeat C. d. 1. ne festinatio in detrimentum Reipl. ac perniciem
totius populi profiliat, ita tamen, ut intra biennium omnino termine-
tur, *l. f. C. ut intra cert. temp. crim. quæst. Pac. in analys. C. de custod. reor.*
n. 12. Peretz. in C. d. 1. n. 4.

Th. 23.

Huc lubet etiam intricatam illam ac diutius agitatam quæstionem
brevis attingere: An judex pro arbitrio suo pœnam perpetui carce-
ris alicui imponere possit? Resp. de jure Canon: eam licitam esse, quia

in

in c. 3. de pœn. in. 6. c. novimus de sentent. excommun. & C. antiqua de heret. pœnam perpetui carceris iudex indicere potest, ut carceri mancipēs pœnitentiam agant. Verum de jure civ. cum carcer non puniendos aut excruciantos, sed tantum ad custodiendos ac detinendos homines habeatur & destinatus sit, Jac. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cas. 305. n. 2. l. 8. §. 9. de pœn. Gail. 1. O. 26. n. 7. farin. q. 27. n. 95. C. C. C. art. 11. & art. 218. non indistincte & præcipue in personis liberis hoc dicendum. l. 10. C. l. 35. ff. de pœn. quare etiam iudex pœnam perpetui carceris imponere non posse testatur, Bald. l. credibile C. de pœn. & l. reos. C. de accus. l. mandatis l. at damnum §. solent ff. de pœn. Carpz. pr. crim. p. 3. q. 11. n. 56. cum carcer perpetuus sit pœna capitalis, Card. Tusch. concl. pr. concl. 85. Bart. l. 2. n. 9. ff. de publ. jud. Bald. in d. l. incredibile C. de pœn. & servitus quæ homini libero imponi nequit. l. Titio centum §. 2. ff. de cond. & de monstr. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. Gloss. & Dd. in l. antiquitas C. de usufr. In servis itaq; hæc pœna perpetui carceris non in liberis de jure civili nota est, ita dicitur carceris pœna l. 3. C. h. t. & perpetuis vinculis contineri, l. 6. C. de pœn. Junge l. 10. eod. Tholos. Synt. Jur. l. 31. c. 33. n. 2. Neq; Statuto aut lege certialicujus loci diversum placet, ubi pro crimine quodam pœna perpetui carceris sæpe reo irrogatur: Qualia Statuta non raro obviant, quibus ex gratia & in favorem certarum quarundam bene de Repl. meritarum personarum supplicium mortis in pœnam carceris perpetui commutatur. Quare Lege vel Statuto exstante iudicem pro varietate ac circumstantia rerum & personarum pœnam perpetui carceris imponere posse nemo ambigit, modo statutum expresso juri divino non contrarietur, quod pro graviore commisso ut homicidio, & aliis criminibus non aliam forte quam mortis pœnā irrogare præcipit: Quicumque enim sanguinem humanum, ex voluntario ac petulanti conamine, effuderit, ejus sanguis iterum effundatur. Gen. 9. v. 6. quod jus omnibus etiam Statutis ac juribus præferendum.

An itaque hæc inclusio carceris pœna, sic ex verbis l. 8. §. 9. ff. de pœn. ibi carcerem custodiam non pœnam esse debere, juncta l. 35. eod. indistincte adeoque plene & plane sublata, & de jure civili improbata & prohibita, & tantum de jure Canon: & moribus introducta uti putat, Speck. cent. 1. q. 20. ex superioribus & præcipue ex l. 6. & 10. C. d. t. juncta l. 3. ff. h. t. patet, in quibus & perpetuus carcer servis delinquentibus potest irrogari, quæ pœna damnationi in metallum de jure civili æquiparatur

ratur. de temporalibus autem carceribus, qui castigationis dicuntur, textus clarus & notabilis est *l. 1. §. fin. de alior.* Et hodie frequenter carcer delinquentibus pœna est, præsertim in arbitrariis, in quibus carceris pœnam facinerosis irrogari quotidie oculis nostris cernimus, quod & ex *CCC. art. 157.* clarius patet. Wo aber ein Dieb kein solche Geldbusse vermag / soll er mit dem Kerker / darin er ein Zeitlang liegen soll / gestraffet werden.

Th. 24.

Ad effectum carceris etiam pertinet I. quod minuat pœnam ejus, qui in horridis vinculis diu detentus est, *Tab. in armam. Just. p. 246.* Horribilis enim dicitur carcer tum propter privationem conversationis humanæ, tum propter immunditiam & squalorem claustrorum *l. 2. C. h. t.* II. In causis carceratorum proceditur summario ad exemplum miserabilium personarum *Bart. in l. ult. C. h. t.* curandum enim est, ut convictos velox pœna subducatur, aut liberandos custodia diu non maceret, *l. 5. C. h. t. Mindau. de Mandat. l. 2. c. 55. n. 3.* III. Qui de carcere fugit videtur delictum confiteri, & qui cum effractione fugit capite punitur *l. 4. C. h. t. juncta l. 1. ff. de Effract.* non enim præsumitur velle fugere reus qui habet spem relaxandi. IV. Qui aliquem juvat ut ex carcere effugiat non tantum pœna arbitraria tenetur, sed interdum etiam capitis interdum majestatis reus fit *l. 4. ff. ad L. Jul. Maj.* quia carcer locus Sanctus est ab omni injuria munitus *Christ. Decis. Bel. V. 1. D. 400. n. 167.* V. Quicquid in carcere per tormenta confessus est reus, illud post intervallum debet ratificare ad Bancum curiæ uti DD. loquuntur in *l. 2. C. h. t. Christ. V. 4. Dec. 195. n. 14.*

Th. 25.

Finis primarius, ut facinerosi carceribus contineantur, ne aufugiant, secundarius, ut Justitia administretur, & nulla delicta impunita relinquuntur. Quare quisque magistratus præscriptas de carceribus ac pœnis leges bene observet, calumniantium injurias expellat, & tribunal fulcimentis justitiæ ac æquitatis futeiat, non dissimulet, sed vindicet ea quæ vindicanda sunt, ne præter cœlestes pœnas condemnationem, quæ in ipso DEI tribunali præsentabitur, expectare debeat, quæ omnem indecentem dissimulationem arguet & vindicabit, juxta *l. ult. §. pen. C. de episc. aud.*

Th. 6

Th, 26.
 Contraria sunt 1. Relaxatio, quæ respectu delinquentium
 fit, ut vel absolvatur vel condemnetur, secundum *l. 5. C. h. t.* & regula-
 riter fit mediante Urpheda h. e. obligatione jurata de non vindicando car-
 cere jure vel facto, *Carpz. J. F. p. 2. c. 36. def. 3.* Quoties autem per præ-
 stitam Urphedam se quis gravatum sentit, debet ad effectum agendi prius
 petere injuramenti relaxationem *Schyvanm. l. 2. proc. cam. 21. n. 12.* nam qui
 contra præstitutum juramentum neglecta relaxatione quicquam
 moliti fuerint, eis duo digiti amputantur *C. Crim. art. 107. 108. Ubi Gilb. &
 Remus. Coler. Decis. 13. Gilhaus. in arb. Jud. crim. c. 2. t. 4. n. fin.* 2. Ap-
 pellatio quæ, cum carcer habeat gravamen perpetuum & successivum
 semper est licita, qui enim injuste detinetur singulis diebus de novo gravari
 dicitur *Moller. ad Const. Sax. p. 1. t. 19. n. 12. Ubi etiam Carpz. def. 15. Gail.
 n. O. 13. n. 139. Frid. de Mand. c. 8. f. 6.* 3. Mors quæ omnia solvit *arg.
 Nov. 22.* qui autem in carcere se interficit sepultura privatur, *Guazzin.
 def. reor. fin.* 4. Effractio *l. 13. ff. h. t. Damhaud. pr. crim. c. 18. n. 1.*
 5. Emissio *l. 4. ad L. Jul. Maj.* 6. Cautio idonea quæcunque, nisi
 culpa fuerit capitalis *Sebast. Guazz. def. reor. 26. n. 2. & seqq.* 7. Innocentia
Guazzin. d. l. n. 1. 8. Festum, nam Paschatos die nemo debet in car-
 cere detineri *l. 3. C. de Episc. aud.* quod tamen in majoribus præcipue deli-
 ctis nostris moribus non observatur, ne detur ansa evadendi *Rebuff. ad L.
 224. de V. S. Guazzin. tom. 1. def. 5. n. 38.* 9. Asyla & loca, sacra quæ
 tamen licet Pontificio errore magnam immunitatem tribuant, *c. 6. &
 ult. extra de Immunit. Eccl. c. 35. caus. 17. q. 4.* Civilibus tamen constitu-
 tionibus olim temporalem *t. t. C. de his qui ad sacr.* Hodiè si delictum
 fuerit atrox nullum præsidium præstant, quod juri divino conveniens est,
Exod. 21. v. 14 Deut. 19. 7. 1. Reg. 1. v. 52. & 2. v. 28. 29. 30. neque debent
 loca pietati consecrata sceleratis hominibus præsidium malitiæ præbere.
Hunn. ad. Treutl. D. 31. th. 4. q. 28.

Th. 27.

Affinia sunt 1. Deportatio cum quis in Insulam seu certum lo-
 cum mittitur, ut ibi perpetuo à reliquo orbe exclusus scelerum suorum
 pœnam luat, *l. 4. de pœn. l. 4. de Interdictis & releg.* nisi fruatur jure ag-
 gratiandi, quatenus Principis indulgentia à pœna liberatur, qua indul-
 gentia, si generalis duntaxat fuerit, remissio pœnæ *l. antepen. C. de sentent.*

pass.

paß. l. fin. C. de gener. abol. non autē restitutio bonorum, famæ, & existimationis facta intelligitur, *Lindem. in Exerc. Just. tit. quib. mod. jus P.P. solv. §. 5. l. frustra. l. si pater. l. generalis. l. tutor. l. cum patrem l. si ademptus l. in insulam C. eod. nisi Princeps aliter determinaverit l. si debitor C. eod. l. 2. §. eod.* In hujus pœnæ locum hodie successit Bannum Imperii, quod est sententia qua præsentis vel absentis delinquentis res & bona ab omnibus possunt impune offendi, neque ab ullo in clientelam recipi *Gail. 2. de pac. publ. c. 1. n. 19. Ord. Cam. part. 2. t. 9. Lindem. d. l. §. 4.*

II. Zuchtthäuser sunt loca in quibus Prodigii, qui nec finem nec modum impensarum habent, sed omnia bona dissipando ac dilacerando profuderunt *l. 1. ff. de curat. furios.* alique immorigeri ac colluvies scelestissimorum nebulonum in perpetuum aut ad certum tempus asservantur ac includuntur, ut tandem ex salebrosis vitiorum labyrinthis per aspidum ac perdurum laborem ad aliquam cognitionem & virtutis viam totaliter convertantur.

III. Damnatio in metallum cum quis perpetuo in certum locum ad effodiendum & eruendum metallum damnatur. *§. 3. J. quibus mod. jus. P. P. solv. l. 8. §. 4. 6. 11. l. 17. ff. de pœn.* soli autem humiliores in metallum damnabantur, *l. 38. §. 3. ff. de pœn. Barnab. Bris. h. v.*

IV. Damnatio ad Tiresias auff die Galleren schrieden / *Gothofr. ad l. 17. ff. de pœ.* quæ Romanis usitatissima fuit. *Suetonius in Augusto* quo aliquis se filium Octaviæ Augusti Sororis dixisset, statim rem o triremis publicæ affixum fuisse, Octavium viginti millia servorum manumissa ad remum dedisse *Joseph. lib. 17. antiq. testatur,*

V. Arrestum Personale, quod ad petitionem simplicem creditoris contra debitores extraneos & advenas permittitur, ad eum sc. effectum, ut creditorem securum reddant debitores, datis fidejussoribus aut pignoribus *Gail. 2. O. 44. n. 10.* quæ arrestatio personarum in Germania ex causa civili, modo fiat publica magistratus autoritate valer, *Salic. in l. 1. C. qui bon. ced. pos. n. 4. Gail. 2. de pac. publ. c. 2. n. 9.*

VI. Obstagium, das Einreiten/ oder die Leistung/ quod est conventio quædam, qua obligatur debitor de se sistendo & non recedendo ex certo loco donec conventis satis fiat, *Hering c. 17. n. 66. Coler. de process. execut. p. 1. c. 8. n. 4.* Quæ pacta obstagiorum licet olim fuerint licita tamen postea propter sædum abusum à *Möller. Semest. lib. 3. c. 30.* traditum, non tantum jure Saxonico, sed etiam Politica Imperii *Constit. de Anno*

1548.

1548. 1577. tit. 17. Rubr von Wucherlichen Contracten §. Wiemol auch
prorlus sunt improbata. Carpz. p. 2. c. 22. def. 30. Qui tamen mos & usus
in multis Germaniæ locis adhuc præcipue in Holsatia viger, si in causis
civilibus pacta conventa sub obligatione obstagii non serventur, tum
enim Debitores vel ejus fidejussores, werden in die Leistung gefodert/ h. e.
interpellantur literis creditorum, ut se juxta obligationis formulam loco
& tempore convento listant, non recessuri donec conventis satisfactum,
si se v. non listant, tum famosis libellis publice ubique affixis misere tra-
ducuntur. Coler. de Process. Exec. p. 1. c. 8. n. 4.

Obsides Germ. Geißel/ etiam carceratis assimilantur, qui vel
sub fide pacis vel induciarum, vel ut captivus aliquis dimittatur, à Ducibus
belli ea conditione dantur, ut inita pacta serventur, neve dator
obsidis à fide data recedat, alias recipienti potestas concessa intelligitur
secundum pacta conventa in corpus & vitam ejus læviendi Bart. in Divus
ff. de jur. fisci. Bodin. l. 5. de Repp. c. 6. Arum. de Jur. Publ. V. 1. Dis. 28. n.
104. Sic cum Volsci fidem datam violassent, Romani trecentos Volscorum
Obsides securi percusserunt Halicarnas. l. 6. & Tarentinorum ob-
sides fugientes retracti ac virgis diu cæsi de Tarpejo dejecti sunt Liv. l. 35.
interim si ad jus modernū respexerimus bono duci atrox videri debet, de
innoxiis obsidibus supplicium sumere, quamvis enim hoc civiliter im-
pune liceat, tamen salva pietate haud fit, quædam enim civili & gentium
jure sunt permessa, quæ non statim natura sunt laudabilia, inde Claud.

*Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
occurrat.*

Repressaliæ quæ aliis pressaliæ vel pignorationes inter popu-
los diversos dicuntur, quamvis jure sint regulariter prohibitiæ, c. un. de
injur. in 6. Nov. 52. c. 1. l. un. C. ut null. ex vican. lib. 11. R. J. de Anno 1570.
§. Wann auch tamen sæpe quando jus denegatur, conceduntur & cum
fiant per manus injectionem, vix omnino à carcerum natura separantur,
Fiunt autem Repressaliæ, quando personæ vel res ab illo Magistratu
detinentur, quibus vel quorum civibus in alio loco justitia denegata aut
justo termino non satisfactum est Limn. de J. P. l. 4. c. 8. n. 305. & seqq.
Illas q; si causa subsit evidens justas esse late probat. Cubach. QQ. cens. 3.
dec. 2. q. 1. & 4.

SOLIDEÒ GLORIA.



*Solerti cura de carcere iura resolvis,
Carcere non digno ut tibi laus de carcere crescat.*

Florentissimo Domino Respon-
denti scripsit

PRÆSES.



Ex wil nicht daß sein Geist und wackeres Gemühe
Gefangen und bestrickt / gleich als ein dummer lebet ;
Ich mein das Pöbel Volck das an der Erden klebet ;
Dnein er siehe dahin / und ist darauff bemüht /
Wie er der Nachwelt sich dereinsten einverleibt :
Apollo siehet diß und lobet sein Beginnen /
Er rühmet den Verstand die muntre kluge Sinnen /
Drumb seh ich wie er ihn dort bey den Sternen schreibt.

Seinem geehrten Herrn Landsmann gab mir
obigen Zeilen seine Schuldigkeit zu
verstehen

C. A. L.



Decorative border at the top of the page.

Soletis curia de concilio...
Caractere non digno in rebus laicis...

Formosissimo Dominico...
de...


PRÆSES

Decorative border below the title.

Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...
Et non ideoque...

Et non ideoque...
Et non ideoque...

C. A. L.





ratur. de temporalibus autem carceribus, qui casti-
textus clarus & notabilis est l. 1. §. fin. de aliat. Et ho-
cer delinquentibus pœna est, præsertim in arbitrariis
pœnam facinerosi irrogari quotidie oculis nostris
CCC. art. 157. clarius patefcit. Wo aber ein Dieb
vermag/ soll er mit dem Kerker/ darin er ein Zeitalang
set werden.

Th. 24.

Ad effectum carceris etiam pertinet I. quod n-
qui in horridis vinculis diu detentus est, Tab. in arma-
ribilis enim dicitur carcer tum propter privationem
manæ, tum propter immunditiam & squalorem cl-
II. In causis carceratorum proceditur summario ad-
bilibum personarum Bart. in l. ult. C. h. t. curandum e-
stos velox pœna subducatur, aut liberandos custodi-
l. 5. C. h. t. Mandat. l. 2. c. 55. n. 3. III. Qui
detur delictum confiteri, & qui cum effractione fugi-
C. h. t. junctal. 1. ff. de Effract. non enim præsumit
qui habet spem relaxandi. IV. Qui aliquem juvat u-
non tantum pœna arbitraria tenetur, sed interdum eti-
majestatis reus fit l. 4. ff. ad L. Jul. Maj. quia carcer l-
omni injuria munitus Christ. Decif. Bel. V. 1. D. 400. n.
in carcere per tormenta confessus est reus, illud po-
raticare ad Bancum curiæ uti DD. logvuntur in l. 2.
Dec. 195. n. 14.

Th. 25.

Finis primarius, ut facinerosi carceribus
anfugiant, secundarius, ut Justitia administret
impunita relinquatur. Quare quisque magistra-
carceribus ac pœnis leges bene observet, calumni-
pellat, & tribunal fulcimentis justitiæ ac æquitatis
let, sed vindicet ea quæ vindicanda sunt, ne præ-
condemnationem, quæ in ipso DEI tribunali præ-
re debeat, quæ omnem indecentem dissimulatione
cabit, juxta l. ult. §. pen. C. de episc. aud.

tur,
car-
ceris
& ex
busse
straf-

ejus,
Hor-
s hu-
C. h. t.
sfera-
onvi-
eret,
it vi-
l. 4.
reus
fugiat
rdum
est ab
quid
debet
V. 4.

ne
dicta
s de
as ex-
simu-
pœnas
pecta-
vindi-

Th. 6

